Annê eam nobis mentem subituram existimas, ut assentiri unquam tanta animi
tui generositate audeamus? Lucensis unusquisque nostrum officiose quemadmodum debuit
ipse famulatus est, tam exigua meritorum caussa in eam nos protrahere vis
tuæ Maiestatis æqualitatem? Profecto nemo nostrum erit ambitionis tui, ut tale
quippiam suscipiat. At esto inter nos reliquos lynceos sit ea quam cupis
fraternitatis ratio, tibi fratrum omnium principatus ascribatur, tu Principem,
nos inter nos fratrum mutuo fungemur officio. Placuit cæteris omnibus
inopinata Illuminati responsio, primumque tardigradus hac annuit orati-
one, equidem Illustrissime Cælivage nullum fas magis erit, quam nos
fratres, te vero Principem, agere; nos amori vivimus, tu imperio natus
et assuetus es, tibi sceptrum damus, tu rege amantes. Imvno in perpe-
tuum regat Cælivagus, dixere simul omnes. Contra ipse consueta
instabat modestia ac plane societatem eam, fraternitatem appellari voluit,
neque ab ea sententia, utcumque in eum irruens clamor amoveri potuit,
videbatur ea propter cæteris Academicis sicut ipse frater, ita eos Princi-
pem multis vocibus simulque in unum elatis proclamare debere, tam con-
tinuo mediusfidius strepitu, ut invalescente clamore cogeri potius, quam
dimitti videretur, donec utrique conciessio æqua permissa fuit, convenerunt
quippe in hanc sensim legem ut et Princeps esset Cælivagus et perpe-
tuus Princeps; fratres et subditi, et fratres Principis essent. [illegible]
~~[illegible]~~ Statuta studiose lege [illegible] et exea
Iota inexplicabili profecto gaudio in perpetuum et inseperabilem [illegible]
Lynceorum principem est electus, et Princeps ab Academicis vocatus
ille tamen cæteros fratres perpetuo appellavit. Hac inter eos vigente
exultatione voluit mox suo principatu apud Lynceos frui Samarius
nam thalari indutus regiam conscendit cathedram eoque propria
indutum et prætextatum Lynceorum unumquemque [illegible]
ad se venire iussit, et novis quibusdam prælectis constitutionibus pe-
tiit, an his stare vellet et posset. Prima voce illuminatus prævbuit,
ac se stare posse et velle sponte ait; tunc Cælivagus Princeps
[illegible] inquit; sic egit Illuminatus acta sancione aperta circa præ-
cordia thalari, aureum subtilem ostendit princeps torquem, cui
circa toracis medium lynx adhærebat [illegible]. Eiusmodi et alia
protracta cum Monurio donavit. Accipe, inquiens, fraternitatis una
et mihi commune symbolum, sic hoc virtutis et fraternitatis signum
sit futurorum et præsentium laborum præmium. Accesserunt simul
omnes, iidemque muniti sponte [illegible] aurea induti torque
Lynceam academiam [illegible] Lynceorum studiosorum ordinem [illegible], celeberrimo
eo [illegible] Salvatoris nostri die. Tam modica exacta tran-
quillitate, et in ea tam eximio profecto opere, flexis simul omnes
genibus orationem: Te Deum laudamus cecinere. Leges, vero quæ
propositæ fuerunt inter cæteras, relata sunt, placita tamen alia, præter
leges a singulis apposita fuerunt, ea vero ita se habent